

**XLVIII.** *Qualiter uictualia poni possunt inter duas coopertas (1).*

Uolumus quod si nauis aliqua caricabitur de uictualibus in aliquibus (2) partibus huius mundi (3) licitum sit patrono illius nauis ponere de illis uictualibus inter duas coopertas, non impediendo glauam que ordinatur per nostra statuta (4). Hoc intelligimus in naue et alio ligno de ducentis milliariis (5) et inde supra.

St. Tarr. 31.

*Var. in Q:* (1) LX. *De uictualibus ponendis inter duas couertas.*  
 — (2) de u. c. in alijs — (3) modi — (4) nauis duas couertas ponere de uictualibus, glaua non impediente per n. s. ordinata — (5) l a. de CC. m.

A.209\*      L. *Quod merchatores et || marinarii notum faciant patronis quando merces ad naues conduixerint, et qualiter patroni eas caricare et discaricare tenentur (1).*

Iniungimus quod quando merchatores et marinarii uoluerint conducere merces suas iuxta nauem uel ad scalam, et eas dare patrono ad caricandum (2), ante quam hoc fiat dent noticiam patrono ut decenter eas recipere possit. Et tunc (3) patronus, uel alias pro eo, debeat esse ibidem, et easdem merces teneatur suis expensis recipere et caricare in naue (4). Similiter teneantur patroni naues suas suis expensis discaricare (5) et dare mercatoribus uel (6) marinariis integre suas merces, et poni facere in plato uel alia naue ubi discaricabitur nauis (7). Patronus uero (8) qui contra hoc fece rit, duplum de eo quod merchator uel marinarius expendiderit pro

*Var. in Q:* (1) LXI. *De mercibus in naue recipiendis.* — (2) mercatores et m. juxta n. et scalam u. c. s. m., et ipsas patronis ad c. d. — (3) fiat hoc, ut conuenienter possit recipi de noticia patronis, tunc — (4) pro ipso permanendo, eas recipere teneantur et in naue etiam caricare suis expensis — (5) suis e. t. p. suas n. d. — (6) et — (7) et in naue uel plato ponere u. n. d. — (8) autem —